

## XXVII.

*Death of Indutiomarus (continued).*

Interdictit Caesar ne quis quem prius vulneret, quam Indutiomarum interfictum viderit, quod spatum nactum<sup>1</sup> illum effugere solebat; magna proponit iis, qui occiderint, praemia; submittit cohortes equitibus subsidio. Probat hominis consilium fortunā, et cum unum omnes peterent, in ipso fluminis vado deprehensus Indutiomarus interficitur caputque eius refertur in castra; redeuntes equites, quos possunt, consecrantur atque occidunt. Hac re cognitā omnes, quae convenerant, copiae discedunt, paūloque habuit post id factum Caesar quietiorem Galliam.

<sup>1</sup>gain time.

## XXVIII.

*The Treveri stir up war (Caes., Bell. Gall., VI., 2).*

Interfecto Indutiomaro, ut docuimus, ad eius propinquos a Trevēris imperium defertur. Illi finitos Germānos sollicitare et pecuniam polliceri non desistunt. Cum ab proximis impetrare non possent, ulteriores temptant. Inventis nonnullis civitatibus iure iurando inter se confirmant;<sup>1</sup> Ambiorigem sibi societate et foedere adiungunt. Quibus rebus cognitis Caesar, cum undique bellum parari vidēret, Nervios adjunctis Cisrhēnānis omnibus Germānis esse in armis, Senōnes ad imperatum non venire e<sup>c</sup>t cum finitimiis civitatibus consilia communicare, a Treveris Germanos crebris legationibus sollicitari, maturius sibi de bello cogitandum putavit.

<sup>1</sup>give mutual assurances.

## XXIX.

*Caesar quells the Nervii and summons a council at Paris (Caes., Bell. Gall., VI., 3).*

Itaque nondum hieme confectā proximis quattuor coactis legionibus, de improviso in fines Nerviorum contendit et, priusquam illi aut convenire aut profugere possent, magno pecōris atque hominum numero capto atque cā praedā militibus concessā vastatisquo agris in ditionem venire atque obsides sibi dare coēgit. Eo celeriter confecto negotio rursum in hiberna legiones reduxit. Concilio Galliae primo vere, ut instituerat, indicto, cum reliqui praeter